

Revisio synoptica *Cleptidarum* faunae rossicae
(Hymenoptera Proctotrypodea).

Scripsit

Andreas Semenov-Tian-Shanskij.

(Présenté à l'Académie par le membre de l'Académie I. P. Borodin le 27 novembre 1918).

Hymenopterorum genera *Cleptes* Latr. (1802), *Cleptidea* Mocs. (1904) et *Heterocoelia* Dahlb. (1854), ut jam H. Bischoff a. 1910 recte de *Clepte* genere judicavit¹, propter peculiarem utroque in sexu structuram abdominis genitaliumque² e familia *Chrysididarum* excludenda sunt, nam *Hymenopterorum Proctotrypodeorum* familiae *Bethylidarum* multo propius accedere videntur. Nostrâ quidem sententiâ genera *Cleptes*, *Cleptidea* et probabiliter *Heterocoelia* familiam peculiarem, primum a Dahlbom a. 1854 propositam, nunc restituendam constituunt. Quae familia, *Cleptidae* (Dahlb.) nominanda, in seriem (subordinem) *Hymenopterorum Proctotrypodeorum* transferenda est, nam *Bethylidarum* familiae potius quam *Chrysididarum* affinis est, etsi ab illâ numero segmentorum abdominalium, structurâ genitalium maris atque nervulatione alarum valde discrepat.

Genus *Cleptidea* Mocs. sex, quantum constat, e Brasiliâ Boliviâque notas species continens, est peculiare faunae neotropicae elementum.

Genus *Heterocoelia* Dahlb. continet solam quae hucusque innotuit rarissimam speciem (*H. nigriventrem* Dahlb. 1854), Algeriae Galliaeque meridionalis incolam.

In genere *Clepte* Latr. jam 32 numeramus species, quarum 5 sunt Americae septentrionalis, 27 Eurasiae incolae. Quae species nusquam gr. lat.

¹ Bischoff 1910: Mitteil. aus d. Zool. Mus. Berlin, IV, 3, pp. 430—431; cf. etiam Bischoff 1913 in Wytsman, Genera Insect., 151: Hymenoptera, Fam. *Chrysididae*, pp. 1—3.

² Cf. Radoszkowski 1889: Horae Soc. Ent. Ross., XXIII, p. 3, nota.

bor. 66 septentrionem, gr. lat. bor. 30 meridiem versus supergredi videntur. Ergo genus *Cleptes* merum faunae holarcticae elementum potest judicari. Notandum est, e faunâ palaeanarcticâ (i. e. ex Japoniae insulis, e Sibiriae provinciis Amurensi et Littorali, e Coreâ, Mandzhuriâ, e Chinâ etiam septentrionali, e Tibetiâ, e totâ regione Himalayanâ), sicut etiam e Mongoliâ, Afganiâ, Persiâ orientali, centrali et meridionali, Mesopotamiâ, e Rossiae provinciis Heptapotamicâ et Transcaspicâ nondum ullam *Cleptis* speciem innotuisse. Nihilo minus ex omnibus his regionibus, praesertim vero e Sibirîâ austro-orientali, Mandzhuriâ, Coreâ, Chinâ septentrionali, e provinciâ Heptapotamicâ (Semiretshj'e) nec non e Persiâ saltem boreali posteriores generis *Cleptis* species exspectandae esse nobis videntur.

Constat species generis *Cleptis* parasitas esse *Tenthredinidarum*, praecipue, ut videtur, specierum generis *Nemati* Jur., in larvario earum statu.

De structurâ genitalium *Cleptum* pauca tantum in O. Radoszkowskii scriptis (1888), de duarum specierum (*Cleptis nitiduli* F. et *Cl. semiaurati* L.) modo vivendi concisae observationes in Lepeletieri (1825), Dahlbomi (1831), Fletcheri (1883) operibus, optimae *Cleptum* icones in Dahlbomi opere classico (1854) inveniuntur.

Genus **Cleptes** Latr. 1802.

*Synopsis specierum faunae rossicae*¹.

- 1 (4). Abdomen nigro-piceum, unicolor s. subunicolor, rarius vage igneo relucens vel igneo maculatum. Thorax vel totus, vel majore ex parte utroque in sexu splendide metallicus. Pronotum sulculo longitudinali destitutum. Antennae articulo 4^o secundo paulo brevior.
- 2 (3). Ocelli postici minus inter se distantes, nullo sulco copulati. Anguli postico-laterales metathoracis divaricati, apice acute spiniformes. Pronotum elongatum, sulco et serie foveolarum antebasalibus omnino spoliatum, disperse punctatum et punctulatum, parce fusco-pilosum; mesonotum et scutellum perparce disperseque punctata. Caput subtiliter haud confertim, in vertice laxius punctatum, in ♀ brevius, in ♂ non brevius quam pronotum fusco-pilosum, facie

¹ Species faunae rossicae numeratae sunt. Species innumeratae pertinent ad faunas regionum vicinarum. Asteriscus (*) post nomen auctoris indicat, me specimina originalia examinasse. C. m. = collectio mea.

subtile longitudinaliter sulcatâ. Abdomen totum nigro-piceum, solum in lateribus tergitorum basalium nonnunquam leviter rufescens, in tergitis 2^o et 3^o crebre, in 1^o et 4^o laxius punctulatum, subdisperse, ad latera et in ventre copiosius et multo longius incano pilosum, tergito 4^o paulo violaceo s. purpureo relucente. Caput et thorax omnino igneo- s. purpureo-aurata, splendidissima, tegulae testaceae vel brunneo-testaceae. Femora igneo- s. purpureo-aurata, tibiae tarsique rufo-testacei vel brunnescentes, illae nonnunquam purpureo micantes. Antennae articulis 4—6 basalibus rufo-testaceis, ceteris plus minusve infuscatis, scapo saltem superne purpureo refulgente. Alae sat aequabiliter infusatae, nervis fuscis. Sexus quoad colorationem inter se non differunt. Variat ♂ basalibus abdominis tergitis utrinque intra angulos anticos 1^o late et saturate, 2^o anguste et obsolete igneo s. purpureo-aureo maculatis (aberr. α); variat etiam antennis scapo nigro-aeneo excepto omnino nigro-fuscis (aberr. β). — Long. ♂♀ 4 — 6 mm. ⁴.

Area geographica: *Turkestan rossicum*: Tashkent prov. Syrdariensis (A. Fedtshenko! 3, 5, 8. V. 1871; N. Zarudnyj! 10—11. V. 1908); Tshardara ad Jaxartem fl. (Syr-darj'ja) (A. Fedtshenko! 25. IV. 1871); prov. Maracandica: Samarkand (A. Fedtshenko! 5, 12, 13, 19. IV. 1869; Alexius Kiritshenko! 1. IV. 1912); prov. Ferganensis: ad ost. riv. Nurlou (N. Zarudnyj! 22. VI. 1908); *Bucharia australis*: Termez ad Oxum fl. (Amu-darj'ja), in deserto argillaceo (loess) ad ruinas petraeas (Alexius Kiritshenko! 23. III et 4. IV. 1913); *Turkestan chinense* sine certiore loci indicatione (teste Buysson 1900).

Synonyma nulla.

1. **Cleptes morawitzi** Rad. * 1877 (♂♀).

- 3 (2). Ocelli postici latius distantes, sulco profundo inter se copulati. Anguli postico-laterales metathoracis recti, nec spiniformes nec divaricati. Pronotum haud crebre fortius simpliciterque punctatum, pilis rigidis nigris abunde obsitum, sulco antebasali manifesto serie foveolarum subobsoletarum praedito; mesonotum et scutellum disperse subtiliter punctata. Caput sat crebre non fortiter punc-

⁴ Materialia examinata: 16 specimina (5 ♂, 11 ♀) (Mus. Zool. Univers. Mosqu.; Mus. Zool. Acad. Scient. Petrop.; c. m.), quorum 6 specimina originalia auctoris (Mus. Zool. Univers. Mosqu.; Mus. Zool. Acad. Scient. Petrop.).

tatum, facie profunde longitudinaliter sulcatâ. Abdomen piceum tergito 1^o, praesertim vero sternito basali nonnihil rufescentibus, nitore metallico in nullo tergito distincto, pilis longis rigidisque fuscis ad latera abunde obsitum; tergito 1^o impunctato, sequentibus haud crebre, subtilissime et nonnihil inaequaliter punctulatis, 2^o laxè, saltem toto triente postico non punctato, etiam 3^o secundum marginem posticum impunctato. Caput aeneo-nigrum, violacescens, saltem in vertice purpureo relucens, parum nitidum; thorax supra viridi- et cupreo-auratus, pronoto nonnihil purpurascenti, metathorece nigro, haud opaco, vix aeneo-micanti (♀). Femora picea, tibiae, praesertim in triente apicali, tarsisque rufescentes. Antennae (♀) crassae, omnino fusco-piceae. Alae leviter sordidae, nervis fuscis. — ♂ nondum notus. — Long. ♀ 5 mm. ⁵.

Area geographica: Hungaria sine certiore loci indicatione (Erber!).

Synonyma nulla.

Cleptes mocsarii Sem. * 1891 (♀).

- 4 (1). Abdomen manifeste bicolor s. tricolor, aut totum laete metallicum.
 5 (14). Abdomen totum purpureo- s. igneo- s. subigneo- s. viridi-auratum. Caput vertice sulco transverso interocellari nullo. Pronotum sulculo longitudinali nullo.
 6 (7). Abdomen saltem in ♂ totum viridi-auratum, confertim punctatum, griseo pubescens, tergitis 1^o apice indeterminate, 2^o maculâ discoidali subrectangulâ aeneo-nigricantibus (semperne?). Pronotum sulco antebasali manifesto serie foveolarum praedito. Caput, thorax, coxae, femora, tibiae, antennarum scapus viridi-cyanea, harum flagellum et tarsi obscura; caput, pro- et mesonotum ut in *Cl. nitidulo* F., postscutellum et metathorax ut in *Cl. ignito* F. sculpta. Alae hyalinae, fere non sordidae, nervis fuscis. Statura minor. — ♀ nondum innotuit. — Long. ♂ circ. 4 mm. [Ex Dahlbom 1854] ⁶.

Area geographica: *Turcia europaea* ad Bosphorum (teste Dahlbom).

Synonymon: *Cleptes aurata* (non Panz.) Dahlb. 1845 (♂).

Cleptes dahlbomi, nom. nov. (♂).

⁵ Examinavi solum quod hucusque innotuit specimen originale (1 ♀) (Mus. Zool. Acad. Scient. Petrop.).

⁶ Materialia examinata nulla.

- 7 (6). Abdomen utroque in sexu omnino splendide, plerumque igneo- s. purpureo-auratum, unicolor. Pronotum sulco antebasali parum impresso, serie foveolarum destituto, interdum nullo. Anguli postico-laterales metathoracis breviter vel brevissime conici.
- 8 (13). Pronotum sulco antebasali etsi parum determinato atque serie foveolarum omnino vel fere spoliato, tamen distincto. Caput et thorax saltem ex parte aurata vel aurato-viridia.
- 9 (10). Statura major, corporis subdepressi forma lata, valida, non parallela. Scutellum fortiter et copiose, etsi laxè punctatum. Alae inde a basi fortiter et sat aequabiliter fumigatae. ♀ corpore splendide aurato, solum scutello plus minusve viridi-aurato, metathorace et sterno toto saturate cyaneis, capite, pro- et mesonoto majore ex parte, abdomine vero toto igneo- s. purpureo-auratis; ♂ thorace et capite saltem ex parte plus minusve aurato-viridibus; femoribus tibiisque utroque in sexu cyaneis s. cyaneo-viridibus, his nonnunquam violaceis, antennarum scapo plus minusve cyaneo, flagello nec non tibiis nigris. Facies convexa, sulculo longitudinali solum antice (supra insertionem antennarum) tenuissime strigiformiter indicato. Antennae ♂ crassiusculae, articulo 3^o quarto 1,25, hoc secundo 2,5 longiore, ♀ tenuiores, articulo 3^o quarto sesqui, hoc secundo paulo longiore. Sternitum abdominale 4 um in ♂ in medio fossâ longitudinali subtriangulâri vel lateribus supbarallelâ nigro-aeneâ instructo. — Long. ♂♀ 8—9 mm.⁷

Area geographica: *Rossia europaea australior*: prov. Poltavensis: Grjakovo ad fl. Ortshik (N. Zarudnyj! 25. VI. 1897); prov. Charjkovens, distr. Zmiev: Borki (B. Jaroshevskij! 5. VIII. 1882, 16. VII, 6. VIII. 1883, in floribus *Umbellatarum*); etiam *Hungaria centralis* (Budapest, A. Mocsáry!) et *meridionalis* (mense VII, teste Mocsáry) nec non *Turcia europaea* (teste Dahlbom 1854).

Synonyma nulla.

2. Cleptes orientalis Dahlb. 1853 (♀) (♂♀).

- 10 (9). Statura minor (long. 5,5—8 mm.), corporis forma gracilis, subparallela. Scutellum parce, disperse subtiliterque punctatum. Alae

⁷ Materialia examinata: 10 specimina (5 ♂, 5 ♀) (c. m.; Mus. Zool. Acad. Scient. Petrop.).

parum sordidae, basi hyalinae. Caput facie sulculo longitudinali medio tantum indicato.

- 11 (12). Caput confertim, in facie confertissime punctatum, hac sulculo longitudinali vix distincto. Pronotum subcrebre punctatum, sulco antebasali solum indicato, serie foveolarum distinctâ nullâ. Abdomen tergitis 1^o et 4^o laxe, illo punctulato, hoc punctato et punctulato, 2^o et 3^o crebre punctatis, 5^o impunctato. ♂ capite, pro- et mesothorace, antennarum scapo et 1^o articulo flagelli, pedibus (tarsis piceo-rufescentibus exceptis) cyaneo-viridibus, his coloribus plus minusve variegatis, tegulis, metathorace, scutello et postscutello saturate violacescenti-cyaneis, abdomine toto igneo-s. purpureo-aurato; corpore toto supra sat dense obscuro-, infra parcius grisescenti-piloso, pilis rigidis, modice longis. Alae basi hyalinae. ♀ nondum nota. — Long. ♂ 5,5 mm.⁸

Area geographica: *Montenegro* (Erber!).

Synonyma nulla.

Cleptes buyssoni Sem. * 1891 (♂).

- 12 (11). Caput facie planâ sparsim sat fortiter punctatâ, sulculo longitudinali medio manifesto. Pronotum valde remote mediocriter punctatum, sulco antebasali seriem foveolarum obsoletarum continente. Abdomen tergitis 1^o sat sparsim, 2^o et 3^o densius, 4^o dispersius minus regulariter punctulatis, tribus anticis margine apicali anguste laevi. ♀ capite, pro- et mesonoto abdomineque toto splendide igneo-auratis, ceteris partibus corporis viridi-cyaneis, tarsis rufescentibus, corpore toto pilis longis rigidis supra griseo-brunneis, subtus albidis obsito. Alae sordide hyalinae. — ♂ nondum notus. — Long. ♀ 6,5 mm. [Ex Mocsáry 1889 et Buysson 1896]⁹.

Area geographica: *Rossia europaea austro-orientalis*: prov. Saratovensis: Sarepta (teste Mocsáry); etiam *Hungaria centralis* (montana prope Budapest mense VII, teste Mocsáry 1892).

Synonyma nulla.

3. Cleptes saussurei Mocs. 1889 (♀).

- 13 (8). Pronotum neque sulco antebasali neque serie foveolarum expressis, sat fortiter laxe, similiter atque mesonotum, scutellum et post-

⁸ Examinavi solum quod hucusque notum est specimen originale (1 ♂) (Mus. Zool. Acad. Scient. Petrop.).

⁹ Materialia examinata nulla.

scutellum punctatum. Caput profunde confertim, in facie subco-riaceo-punctatum, hac sulculo longitudinali subnullo. Alae unifor-miter infumatae. Antennae validae scapo cyaneo-viridi excepto nigrae, articulo 4^o tertio paulo tantum brevior. Statura major, corporis forma angusta, elongata, subparallela. Quoad colorem sexus inter se non differunt: ♂ et ♀ capite et thorace laete viridi-cyaneis, s. cyaneo-viridibus, splendidis, metathorace, plerumque etiam scutello et postscutello saturate violaceo-cyaneis, alarum tegulis coeruleis, abdomine toto splendide igneo-aurato; tarsis brunneis. Corpus totum pilis longis rigidisque nigris sat dense obsitum. — Long. ♂♀ 7—8 mm. [Ex Buysson 1896]¹⁰.

Area geographica: *Gallia meridionalis* («Basses-Alpes», «Hautes Alpes») nec non *Austria* (loco incolendi certius non indicato) (teste Buysson 1896, 1898, 1899).

Synonyma nulla.

Cleptes putoni Buyss. 1886 (♀) (♂♀).

- 14 (5). Abdomen rufum piceo s. nigro varium, rarius piceum rufo varium, vel aureo maculatum, vel partim cyanescens, vel sine ullo nitore metallico.
- 15 (22). Abdomen utroque in sexu igneo maculatum. Caput vertice sine sulco inter ocellos posteriores. Pronotum absque sulculo longitu-dinali, etiam sulco et serie foveolarum antebasalibus destitutum. Antennae articulo 4^o tertio in ♂ parum, in ♀ saltem duplo brevior.
- 16 (17). Anguli postico-laterales metathoracis divaricati, apice longiusculo sed obtuso. Statura minor, forma corporis angusta, elongata. Alae subhyalinae, perparum aequabiliter infumatae. Caput sulculo longi-tudinali faciei profundo, tenuiter, profunde et confertim punctatum. Pro- et mesonotum cum scutello profunde sed minus confertim quam caput in facie punctata. Abdomen dorso sat fortiter sed non confertim punctulato. ♂ capite thoraceque cyaneo-viridibus, facie magis cyaneâ, mesonoto, metathorace, sterno violaceo-cyaneis. abdomine tergitis duobus basalibus rufis, ceteris nigris, 3^o utrinque maculâ latâ igneo-auratâ decorato, 4^o toto violacescenti-subigneo, 5^o leviter viridi-micante; tegulis pedibusque cyaneis, tibiis posticis subtus brunneis, intermediis pallidioribus, anticis et tarsis omnibus

¹⁰ Materialia examinata nulla.

plus minusve rufis. — ♀ nondum nota. — Long. ♂ 5 mm. [Ex Buysson 1896]¹¹.

Area geographica: *Palaestina* (Nazareth, teste Buysson).

Synonyma nulla.

Cleptes syriacus Buyss. 1887 (♂).

17 (16). Anguli postico-laterales metathoracis apice brevissime subtiliterque conico, acutiusculo. Statura major (long. 6,5—9 mm.). Caput facie sulco longitudinali integro sed tenui.

18 (19). Caput clypeo apice haud late truncato-subrotundato, vertice inter ocellos posteriores transversim neque sulcato neque plicato, tenuiter parum profunde, sat laxè punctatum. Pronotum fortiter sed remote, mesonotum et scutellum valde laxè punctata. Abdomen tergito 1^o solum in dimidio posteriore tenuiter subdisperse punctulato, sequentibus sensim fortius crebre punctatis et punctulatis, 5^o parce sparsimque punctato. Corpus totum pilis modice longis supra fulvescenti-brunneis, infra caescentibus sat sparsim obsitum. Alae leviter aequabiliterque infumatae, sine ullâ fasciâ. ♂ capite thoraceque cyaneo-viridibus, scutello et metathorace saturate cyaneis vel violaceo-cyaneis, alarum tegulis viridi-aeneis, abdomine rufo inde a tergito 3^o utrinque late igneo maculato, 4^o toto fere igneo s. purpureo-aurato; antennarum scapo femoribusque viridibus, tibiis anticis plerumque fulvis, posterioribus plus minusve obscuratis, tarsis eodem modo sed parum pallidius coloratis, antennarum flagello nigro. ♀ differt a ♂ capite et pronoto subigneo-auratis vel cupratis, facie plus minusve chalybaeâ purpureo-variegatâ, mesonoto et scutello similiter ac facies coloratis, metathorace et mesopleuris cyaneis, his plus minusve rufis s. fulvis; antennis scapo nigro, flagello fusco basin versus rufescenti. — Long. ♂♀ 6,5—8 mm.¹².

Area geographica: *tota Rossia europaea australior*: Bessarabia: Kishinev (N. Zubovskij! 25. V. 1902); prov. Chersonensis: Latovka (M. Rimskij-Korsakov! 26—30. V. 1898), Nerubevskaja datsha (D. Pomerantzev! 23. VI. 1899); prov. Kievensis: Umanj (Dr. F. Morawitz!); prov. Charjkovensis: Neskutshnoje

¹¹ Materialia examinata nulla.

¹² Materialia examinata: 26 specimina (12 ♂, 14 ♀) (c. m.; Mus. Zool. Acad. Scient. Petrop.; Mus. Zool. Univers. Mosqu.).

(Obolenskij! VI. 1892), monasterium Kurjazh et prope urb. Charjkov (B. Jaroshevskij! 19 et 23. VI. 1884, 21. VI. 1885, 16. VI. 1887, in floribus *Euphorbiae*, *Umbellatarum*, in *Pruno spinosâ* aphidiphorâ), distr. Zmiev: Borki (B. Jaroshevskij! 15. VI. 1883, in floribus *Achilleae millefolium*, *Euphorbiae*), distr. Achtyrka: Trostjanetz (id.! 25. VI. 1885, in floribus *Achilleae*); prov. exercitus Donensis: Provalskij zavod (E. Pylnov! 5. VI. 1908); prov. Saratovensis (sine certiore loci indicatione ap. Eversmann 1858), Sarepta (A. Becker! 1866, 1868, 1872, 1892; M. Koch! 6. VI. 1907); prov. Uralensis: Uralsk (S. Zhuravlev! 23. VI. 1908); paenins. Taurica: Eupatoria (B. E. Jakovlev! 1900), Inkerman prope Sebastopolin (Vl. Pliginskij! 23. V. 1910, 25. V. 1913); prov. Stavropolitana: pr. urb. Stavropol-Kavkazskij (V. Lutshnik!); *Caucasus* (sine certiore loci indicatione teste Radoszkowski in Mocsáry 1889); praeterea *Italia* (teste Dahlbom 1854), *Gallia*, *Austria*, *Hungaria centralis et meridionalis* (testibus Mocsáry 1889 et Buysson 1896), *Armenia turcica* (Erzerum, teste Mocsáry 1889).

Synonymon: *Ichneumon* (serius *Diplolepis*) *chrysis* F. 1787 (♂).

4. **Cleptes ignitus** (F. 1787: ♀) (♂♀).

19 (18). Caput clypeo apice late truncato, non rotundato.

20 (21). Caput facie et vertice, pro- et mesonotum cum scutello nec non tergita abdominalia multo densius subtiliusque quam in *Cl. ignito* (F.) punctata. Vertex inter ocellos posticos neque sulco neque plicâ distinctâ praeditus. ♂ scutello viridi-subaurato; ♀ capite toto violaceo-aeneo, scutello et postscutello viridi-auratis, antennis nigro-piceis. Ceterum *Cl. ignito* (F.) similis. — Long. ♂♀ 7—8 mm. [Ex Mocsáry 1890 et Buysson 1896]¹³.

Area geographica: tota fere *Hungaria*, *Austria inferior* (ad Vin-dobonam, teste Mocsáry 1889 et Buysson 1899) nec non *Gallia* (Landes, teste Buysson 1896).

Synonymon: *Cleptes ignitus* var. *scutellaris* Mocs. 1889.

Cleptes scutellaris Mocs. (1889) 1890 (♂♀).

21 (20). Caput facie plus minusve laxe (saltem in ♀), vertice crebrius, pronotum plus minusve remote, mesonotum, scutellum, postscu-

¹³ Materialia examinata nulla.

tellum parce disperseque punctata; tergita abdominalia 1^{um} fere non, 2^{um} subtilissime, 3^{um} et 4^{um} sensim fortius, non tamen confertim punctata. Vertex inter ocellos posticos plicâ limitiformi etsi obsoletâ, tamen ad certum luminis situm bene distinctâ praeditus. ♂ capite cyaneo-viridi, pronoto plus minusve viridi-metallico, mesonoto, scutello, postscutello, sterno cyaneis, abdomine plerumque inde a margine apicali tergiti 2ⁱ piceo, tergitis 3^o et 4^o igneo-auratis, splendidis, rarius tergito 8^o solum utrinque igneo maculato, femoribus, antennarum scapo et 2^o articulo viridibus, tibiis intermediis et posticis viridi relucentibus. ♀ capite aeneo-nigro, vage, praesertim in facie violaceo relucente, pronoto igneo- et viridi-aurato, mesonoto cum alarum tegulis, scutello, postscutello, sterno nigris, nonnunquam vage violaceo relucentibus, metathorace obscure viridi-cyaneo, mesopleuris cyaneo, violaceo et viridi-aurato variis, abdomine tergito 3^o basi laete rufo, utrinque purpurascenti, igneo s. subigneo maculato, 4^o toto igneo s. purpureo-aureo; pedibus piceis plus minusve rufescentibus, femoribus plus minusve metallescentibus, tibiis et tarsis anticis rufescentibus; antennis praeter duos articulos basales leviter violacescentes nigrae, articulis 5 — 6 ultimis subtus rufescentibus. Corpus totum pilis longis erectis griseis, in ♂ supra obscurioribus sparsim obsitum. Alae basi sat hyalinae. — Long. ♂♀ 8—9 mm.¹⁴

Area geographica: *paeninsula Taurica* (loco certius non indicato: teste Buysson 1896); praeterea *Hungaria, Hispania, Algeria, Tunis* (Carthago, collector anonym. Musei Nation. Hungarici! V. 1893), *Anatolia, Syria* (Nazareth, Beyruth) (testibus Mocsáry 1889, Buysson 1896, 1900, 1904).

Synonyma: *Cleptes perezi* Gogorza 1887 (♂); *Cleptes afra* var. *medinai* Buyss. 1896 (= aberr. ♀).

5. **Cleptes afer** Luc. 1846 (♀) (♂♀).

- 22 (15). Abdomen bicolor vel tricolor, nunquam igneo vel aureo maculatum.
 23 (32). Pronotum sulco transverso antebasali seriem foveolarum continente praeditum.
 24 (27). Pronotum longum et convexum sulco longitudinali manifesto, integro praeditum. Caput ocellis posterioribus inter se sulculo

¹⁴ Materialia examinata: 6 specimina (6 ♀) (c. m.).

profunde insculpto copulatis; facie longitudinaliter acute sulcatâ. Caput crebre, in vertice laxius, pronotum fortius haud confertim vel etiam sparsim, mesonotum et scutellum subtilius plus minusve disperse punctata; abdomen tergitis mediis dense subtiliter punctatis. Corpus supra parce nigro, subtus albido pilosum.

- 25 (26). Anguli postico-laterales metathoracis minuti, subobtusi. ♀ antennis scapo aurato-viridi, flagello rufo-testaceo; capite, pro- et mesonoto, scutello et postscutello igneo-auratis, splendidis, vertice circa ocellos maculâ magnâ nigro-aeneâ notato, fronte utrinque supra antennas viridi maculatâ; temporibus infra, pro- et mesonoti lateribus, sterno, tegulis viridi-auratis, metathorace plus minusve viridi-cyaneo; abdomine rufo-testaceo, vix nitido, tergitis 3^o parte apicali, sequentibus totis nigro-piceis; geniculis, tibiis tarsisque rufo-testaceis, femoribus duobus anterioribus cyaneo-viridibus, posticis brunneis, non metallicis. ♂ differt a ♀ tarsis et antennarum flagello plus minusve obscuratis, hoc plerumque fusco, capite, pro- et mesonoto cum scutello minus saturate igneo-auratis, collo et postscutello plus minusve viridi-auratis; facie saturate cyaneâ viridi limbatâ, sterno toto cum mesopleuris nec non alarum tegulis et femoribus anterioribus sicut metathorax saturate cyaneis, tergito abdominali 2^o postice partim vel etiam majore ex parte piceo, 3^o nonnunquam ad basin utrinque testaceo maculato. Alae modice aequabiliter infumatae, nervis piceo - brunneis. — Long. ♂♀ 5,75—7 mm.¹⁵.

Area geographica: *Transcaucasia* saltem *orientalis*: Lagodechi prov. Tiflisensis (L. Mlokossiewicz teste Radoszkowski 1889); Nucha prov. Elisabethopolitanae (C. Satunin! 2. VI. 1904); *Africa septentrionalis*: *distr. Oran* (teste Buysson 1900); procul dubio trans totam Asiam Minorem, fortasse etiam Persiâ occidentali additâ, propagatus.

Synonyma nulla.

6. *Cleptes radoszkowskii* Rad. 1888 (♂♀).

- 26 (25). Anguli postico-laterales metathoracis spiniformiter producti, divaricati, ad apicem nonnihil deplanati. ♀ antennarum flagello nigro, capite, pro- et mesonoto cum scutello saturate purpureo-auratis,

¹⁵ Materialia examinata: solum specimen (1 ♂) (c. m.).

scutello et collo medio viridi-auratis, vertice maculâ viridi-aeneâ nullâ, facie unacum totâ inferiore temporum parte aeneo-viridi, loris laetius aurato-viridibus, sterni lateribus cyaneis viridi-aureo variis, metathorace saturate, femoribus posticis viridi-cyaneis. Ceterum cum *Cl. radoszkowskii* Rad. congruens et fortasse ejus subspecies tantum. — ♂ nondum notus. — Long. ♀ 6 mm.¹⁶.

Area geographica: *Europa meridionalis* loco certius nondum indicato (Herrich-Schaeffer!).

Synonyma nulla.

Cleptes flammifer Sem. * 1891 (♀).

- 27 (24). Pronotum sulco longitudinali nullo. Vertex sulco transversali inter ocellos posticos nullo; facies longitudinaliter sulcata.
- 28 (29). Pronotum sulco transverso antebasali sine foveolarum serie. ♂ fronte, vertice, pro- et mesonoto cum scutello cupreo- s. igneo-auratis, splendidis, postscutello viridi-aurato, facie laete viridi, cyaneo variâ, loris temporibusque infra viridi-auratis, metathorace cyaneo, sterno, pro- et mesopleuris viridi-aeneis, alarum tegulis et antennarum scapo viridi-cyaneis, flagello nigro-fusco femoribus aeneo-viridibus, tibiis tarsisque rufo-testaceis, tibiis 4 anterioribus externe violacescentibus; abdomine rufo-testaceo, tergiti 3ⁱⁱ margine apicali medio dilatato sequentibusque piceis sine ullo nitore metallico. Caput fortiter confertimque, pronotum haud dense, levius sed crassiuscule, mesonotum et scutellum sparsim punctata; abdominis 4 prima tergita aequabiliter crebre punctulata. Metathoracis anguli postico-laterales extrorsum nonnihil producti. Alae leviter et aequabiliter infumatae, nervis fuscis. Corpus totum parce obscuro-pilosum. — ♀ nondum nota. — Long. ♂ 6,5—7 mm. [Ex Mocsáry 1889 et Buysson 1896]¹⁷.

Area geographica (quantum hucusque constat): *Hungaria centralis* (teste Mocsáry).

Synonyma nulla.

Cleptes aerosus Foerst. 1853 (♂).

- 29 (28). Pronotum sulco transverso antebasali manifestam foveolarum seriem continente. ♂ capite thoraceque totis cum antennarum

¹⁶ Examinaui solum quod hucusque notum est specimen originale (1 ♀) (Mus. Zool. Acad. Scient. Petrop.).

¹⁷ Materialia examinata nulla.

scapo et saltem femoribus viridi-cyaneis vel saltem cyaneo-viridibus; ♀ capite, pro- et mesonoto cum scutello et postscutello subigneo- vel saepius aureo-cupreis, antennis medio, nonnunquam inde a basi plus minusve late flavido-testaceis, alis in dimidio apicali fasciâ limpidâ notatis. Abdomen utroque in sexu rufo-testaceum, tergitis inde a 3^o vel saepius ab hujus dimidio postico piceis, ultimis interdum cyaneo relucens. Caput, pronotum, mesonotum, scutellum et postscutellum haud profunde neque confertim punctata, punctis in mesonoto scutelloque magis dispersis et obsoletis; abdomen dorso nitido, tenuissime non confertim punctato. Metathoracis anguli portico-laterales subrecti, apice brevi, minus divaricati.

- 30 (31). Coxae anticae apophysibus dentiformiter eminentibus. Abdomen tergitis 4^o et 5^o piceis sine ullo nitore metallico. Tibiae et tarsi saltem 4 posteriores utroque in sexu plus minusve obscurati, illae metallescentes; femora omnia metallica. Alae ♀ fasciâ clarâ angustâ, minus determinatâ. Variat abdomine ♀ toto piceo, exceptis basi tergiti 1ⁱ et angulis anticis 2ⁱ (var. *nigriventris* Buyss. 1898 ex Hispania=aberr. α); variat etiam rarissime abdomine ♂ tergito 5^o viridi micante (specimen e Gallia teste Buysson 1904 = aberr. β). — Long. ♂♀ 4—6,5 mm.¹⁸

Area geographica: tota *Rossia europaea australior* usque ad partem septentrionalem provinciae *Transcaspicae*: prov. Charjkovensis: monasterium Kurjazh prope Charjkov (B. Jaroshevskij! 27. VI. 1884, in *Pruno spinusâ* aphidiphorâ)¹⁹; prov. Chersonensis: Odessa (collector anonym.! Mus. Zool. Univers. Mosqu.); paenins. Taurica: Inkerman pr. Sebastopolin (Vl. Pliginskij! 5 et 23. V. 1913); Caucasus (teste Mocsáry 1889 sine certiore loci indicatione); prov. Transcaspica: paenins. Mangyshlak (A. Becker! 1872)²⁰; *Gallia*²¹, *Belgium*, *Britannia*, *Helvetia*, *Germania*, *Austria inferior*, *Teriolia*, *Hispania*, *Italia*, *Graecia*, *Anatolia* (testibus

¹⁸ Materialia examinata: 20 specimina (16 ♂, 4 ♀) (c. m.; Mus. Zool. Acad. Scient. Petrop.; Mus. Zool. Univers. Mosqu.).

¹⁹ Praeterea: distr. Achtyrka prov. Charjkovensis et pr. oppid. Mirgorod prov. Poltavensis (teste Jaroshevskij 1881 et 1888), nisi haec data ad *Cleptem pallipedem* Lep. Buyss. referenda sunt (specimina originis commemoratae in collectione beati B. Jaroshevskii desunt!).

²⁰ Data Radoszkowskii (1886), ad hujus speciei in *Rossia* propagationem attinentia, incerta esse judicamus incertae ejus nominationis causâ.

²¹ Allier: St. Pourçain (Desbrochers des Loges!) (c. m.).

Buysson 1896, 1898, 1899, 1900, 1901, 1904 et Mercet 1904).

Synonyma: *Vespa rufescens* Fourcr. 1785 (♀); *Ichneumon* (serius *Cleptes*) *auratus* Panz. 1798 (♂); *Ichneumon splendens* F. 1798 (♂); *Cleptes diana* Mocs. 1889 (♂); *Cleptes semiaurata* var. *nigriventris* Buyss. 1898 (= aberr. α).

7. **Cleptes semiauratus** (L. 1761: ♂) (♂♀).

- 31 (30). Coxae anticae apophysibus obtusis dentiformiter non eminentibus. Abdomen tergitis 4^o et 5^o saltem ad latera plus minusve laete cyaneo vel viridi-cyaneo relucentibus. Tibiae tarsique utroque in sexu testacei, in ♀ etiam femora omnia testacea. Alae ♀ fasciâ clarâ latiusculâ, magis determinatâ. Specimina rossica fere omnia gaudent tergitis abdominalibus 5^o et praesertim 4^o splendidius latiusque caeruleo tinctis, tibiis ♂ saltem 4 posterioribus plus minusve obscuratis et metallescentibus, etiam tarsi et antennarum scapo in ♀ leviter obscuratis (= natio *rossica*, n.). — Long. ♂♀ 4—6,5 mm.²².

Area geographica: *Rossia europaea* *magore ex parte:* prov. Petropolitana: in ipsa urbe Petropoli (Vl. Barovskij! 18 = 5. VIII. 1918)²³, sepulcretum Smolenskoe in ipsâ urbe (A. Stackelberg! 12. VII = 29. VI. 1918)²³, pr. urb. Petropolin (S. Solskij! 1869)²³, Peterhof (A. Cecchini! 27. VI. 1896)²³, Novobronnaja distr. Peterhof (A. Stackelberg! 22 = 9. VII. 1918)²³, Gat'tshina (Vl. Barovskij! 8. VII. 1902, 8. VI. 1906)²³; prov. Vilnoënsis: pr. urbem Vilno (A. Nikolaev! 2/2 VI. 1908); prov. Minskensis: Minsk (coll. ignotus! VII. 1893)²³; prov. Jaroslavensis: pr. oppid. Jaroslavl (N. Kokuev!)²³, villa Berditzino non procul ab Jaroslavl (N. Kokuev! 22. VI. 1897; A. Jakovlev! 13. VI. 1898, 21. V. 1906)²³; prov. Vladimirensis: distr. Jurj'ev (S. Pastshenko!); prov. Mosquensis (teste Assmuss 1862 sub nom. *Cl. semiaurati* L.); prov. Rjazaniensis: distr. Michajlov: pag. Popadj'ino (E. Lebedeva! 14. VI. 1913)²; distr. Dankov: † villa Gremjatshka (ipse! 18. VI. 1890 in floribus *Umbellatarum*, 5. VII. 1909, 21 et 23. VI. 1913; Ism. Semenov-Tian-Shanskij!

²² Materialia examinata: 43 specimina (27 ♂, 16 ♀), quorum 26 (18 ♂, 8 ♀) nationis *rossicae* Sem. (c. m.; Mus. Zool. Acad. Scient. Petrop.).

²³ = *Cleptes pallipes* Lep., Buyss. natio *rossica* Sem. 1919.

25. VI. 1902; M. Semenov-Tian-Shanskij! 6. VII. 1909)²³, in silva pr. villam Muraevnja (ipse! 26. VI. 1910)²³; prov. Permiensis: supra ripam Kamae flum. haud procul ab opp. Permij (custos A. Diakonov! 14=1. VII. 1918)²³; prov. Charjkovensis: monaster. Kurjazh prope Charjkov (B. Jaroshevskij! 4. VI. 5 et 12. VII. 1885); prov. Kazaniensis et Orenburgensis (teste Eversmann 1858 sub nom. *Cleptis semiaurati* L.); paenins. Taurica: mons Tshatyrdagh (collector ignotus! 23. IV: Mus. Zool. Acad. Sc. Petrop.)²³; *Gallia*²⁴, *Belgium*, *Helvetia*, *Italia* (*Pedemontium*), *Austria*²⁵, *Hungaria*, *Germania*²⁶ (teste Buysson 1896, 1899, 1901); *Laponia* (si indicationi Mocsáryi 1889 sub nom. *Cleptis semiaurati* L. fides tribuenda); probabiliter per Sibiriam, saltem occidentalem, propagatus; toto Caucaso deficere videtur.

Synonyma: *Cleptes semiauratus* auctorum complurium (ex parte) excepto R. du Buysson 1896 et postea; *Cleptes semiaurata* Jaroshevskij * 1881 et 1888 (ex parte); *Cleptes semiauratus* Mocs. 1889 (majore ex parte); *Cleptes nitidulus* Sem. * 1891 (♂ ex parte).

8. ***Cleptes pallipes*** Lep. 1806 (♀) Buyss. 1896 (♂♀).

- 32 (23). Pronotum neque sulco antebasali neque serie foveolarum praeditum, etiam sulculo longitudinali carens. Vertex sine sulco transversali inter ocellos posticos. Anguli postico-laterales metathoracis divaricati, tametsi breves.
- 33 (36). Tergitum abdominale primum vix nisi visibiliter disperseque punctulatum, aut omnino laeve. ♀ pronoto, tibiis tarsisque semper dilute testaceis, capite et mesonoto plus minusve aeneo-nigris vel nigro-aeneis, plerumque violaceo, rarius viridi relucetibus, scutello et postscutello aeneo-viridibus aut nigro-aeneis, metathorace cyaneo, antennarum flagello basi plus minusve rufo vel testaceo. ♂ similiter atque ♂ *Cleptis pallipedis* Lep., Buyss. coloratus, obscuris tergitis abdominalibus saltem ad latera metallico (plerumque cyaneo) relu-

²⁴ Allier: St. Pourçain (Desbrochers des Loges!) (c. m.).

²⁵ Moravia (collector anonym. D-ris O. Staudinger!); Bozen (A. Gutbier! VI. 1908) (c. m.).

²⁶ Bavaria (collector anonymus D-ris O. Staudinger!); Mecklenburg: Fürstenberg (Fr. W. Konow p.!) (c. m.); Silesia: Karolath (A. v. Müller! 6. VII. 1869 = natio *rossica* Sem.); Germania (Dr. O. Schmiedeknecht! = f. transitionis ad nat. *rossicam* Sem.) (Mus. Zool. Acad. Scient. Petrop.).

centibus. Alae utroque in sexu sat aequabiliter subinfumatae. Antennae articulo 3^o sequentibus duobus unitis parum, etsi manifeste brevior.

- 34 (35). Abdomen tergito basali in ♂ etsi subtilissime, tamen distincte punctulato, solum in ♀ omnino laevi, 2^o margine postico excepto crebre copiosissime punctulato, 3^o in ♀ eodem fere modo sed paulo fortius punctulato, in ♂ fortius subcoriaceo-punctulato et praeterea sparsim punctato, 4^o fortius sed laxè punctato et disperse punctulato, 5^o ♂ plerumque impunctato; tergito 4^o praecipue ad latera, interdum etiam 3^o utrinque plus minusve distincte, saltem in ♂, cyaneo s. viridi s. violaceo relucentibus. Pronotum fortiter, etsi plus minusve laxè punctatum; mesonotum et scutellum parce disperseque, caput in vertice copiose, etsi sat remote punctata. Tibiae ♂ plerumque omnes testaceae. ♂ variat rarissime abdomine toto nigro exceptâ solummodo basi tergiti 1ⁱ (var. *nigricans* Buyss. 1901 e Graecia = aberr. α). — Long. ♂♀ 4,5—7 mm.²⁷

Area geographica: *Rossia europaea media, partim borealis et saltem septentrionalis pars Rossiae australis:* prov. Petropolitana: Sivoritzky distr. Tzarskoe-selo (V. Friedolin! 14 = 1. VII. 1919); prov. Jaroslavensis: villa Berditzino non procul ab oppido Jaroslavl (N. Jakovleva! 29. VI. 1891 in foliis *Salicis capreae*; A. Jakovlev! 12. VII. 1895 in *Trifolio arvensi*, 1. VII. 1899); prov. Mosquensis (teste Assmuß 1862); prov. Rjazaniensis distr. Dankov: † villa Gremjatshka (M. Semenov-Tian-Shanskij! 25. VI. 1902), silva Semenoviana pr. hanc † villam (ipse! 3. VII. 1909), silva ad vill. Muraevnja (ipse! 2 et 11. VI. 1911, 15. VII. 1912); prov. Tambovensis distr. Morshansk: st. Sosjedovka (Shestakov! 1907); prov. Voronezhensis distr. Bobrov: Kamennaja stepj (A. Silantj'ev! 10. VI. 1898); prov. Charjkovensis: Charjkov (coll. anonym.); prov. Saratovensis distr. Tzaritzyn: Sarepta (teste Mocsáry 1889 sub nom. *Cleptis fallacis* Mocs. var.; etiam teste Radoszkowski 1889)²⁸; paenins. Taurica: Kertsh (custos A. Kiritshenko! 30. V. 1917); praeterea *major pars Europae occidentalis: Gallia*²⁹, *Belgium, Helvetia, Italia* (septentrionalis?), *Austria inferior*

²⁷ Materialia examinata: 18 specimina (10 ♂, 8 ♀) (c. m.; Mus. Zool. Acad. Scient. Petrop.).

²⁸ Dubito an species recte determinata.

²⁹ Tours (Desbrochers des Loges!) (c. m.).

(testibus Buysson 1901, Mocsáry 1889 sub nom. *Cleptis fallacis* Mocs.), *Germania*³⁰ (teste Buysson 1898, 1899), *Bulgaria* (Lompalanka, A. Gutbier! 23. V. 1909), *Graecia* (teste Buysson 1901, 1904).

Synonyma: *Cleptes thoracica* (Lep.) Guér. 1845 (♀); *Cleptes aerosus* (non Foerst.) Frey-Gessn. 1887 (♂); *Cleptes fallax* Mocs. 1889 (♂) et Sem.* 1891 (♂); *Cleptes nitidula* var. *nigricans* Buyss. 1901 (♂) (= aberr. α).

9. *Cleptes nitidulus* (F. 1793: ♀) (♂♀).

35 (34). Abdomen tergito basali utroque in sexu impunctato, polito, valde nitido, 2^o polito et nitido quoque, aliquot tantum punctis dispersis minutissimis vix perspicue notato, 3^o disperse fortius, 4^o crassius sed non profunde atque oblique aciculatim punctatis, 5^o ♂ aliquot punctis ad apicem notato, totâ parte obscuratâ tergitorum 3ⁱⁱ et 4ⁱ luxuriose saturateque caeruleo s. violacescenti-cyaneo decoratâ. Pronotum parce, obsolete disperseque punctatum s. punctulatum; mesonotum et scutellum aliquot tantum punctis valde dispersis notata, caput in vertice disperse punctatum. Tibiae 4 posteriores in ♂ normaliter aeneo-nigrae. Variat: ♂ tibiis omnibus testaceis (aberr. ♂ α); ♀ mesonoto, scutello et postscutello viridiaeneis (aberr. ♀ β = *Cleptes elegans* Mocs.). Long. ♂♀ 7 mm.³¹.

Area geographica: *Rossia europaea media, orientalis, partim etiam occidentalis et meridionalis nec non major pars Sibiriae australioris*: prov. Jaroslavensis: villa Pavlovskoe haud procul ab opp. Jaroslavl ad Volgam fl. (A. Jakovlev! sine datis), insula Volgae fluminis pr. pag. Tunoshna non procul ab opp. Jaroslavl (A. Jakovlev! 8. VI. 1906 in foliis *Salicis* sp.); prov. Tveriensis: prope opp. Rzhev (custos V. Bianchi! 13. VI. 1891); prov. Rjazaniensis distr. Dankov: prope † villam Gremjatshka (ipse! 1. VII. 1899, in saliceto); prov. Kazaniensis: pr. opp. Kazanj (E. Csiki 1—15. VI. 1898, testibus Csiki & Mocsáry 1901, sub nom. *Cleptis elegantis* Mocs.); prov. Saratovensis distr. Tzaritzyn: Sarepta (A. Becker! sine datis); Polonia rossica: prov.

³⁰ Kreuznach (Dr. F. Morawitz!) (Mus. Zool. Acad. Scient. Petrop.).

³¹ Materialia examinata: 11 specimina (9 ♂, 2 ♀) (c. m.; Mus. Zool. Acad. Scient. Petrop.).

Ljublinensis: Novo-Alexandria (A. Iljinskij! 15. VI. 1912); Sibiria orientalis: Irkutsk (B. E. Jakovlev! sine datis); *Austria inferior* (Damianitsh 1867, teste Buysson 1901).

Synonymon: *Cleptes elegans* Mocs. 1901 (= aberr. ♀ β).

10. **Cleptes semicyaneus** Tourn. 1879 (♂) (♂♀).

- 36 (33). Tergitum abdominale primum in ♂ copiose distincteque, in ♀ subtilissime ac disperse, interdum fere non punctulatum, duo tergita sequentia crebre aut confertim punctulata. ♀ pronoto semper laete aeneo, cupreo vel aureo. ♂ parte obscuratâ abdominis sine ullo nitore cyaneo. Antennae ♂ articulo 3^o sequentibus duobus unitis multo brevior, longitudinem 2ⁱ parum vel modice excedente. Anguli postico-laterales metathoracis breves, non divaricati.
- 37 (38). Abdomen ♀ tergito 1^o medio tantum aliquot punctis minutissimis vix perspicuis valdeque dispersis notato, polito nitidoque, sequentibus duobus margine postico excepto crebre subtiliter punctulatis. Vertex inter ocellos posticos non sulcatus. Pronotum elongatum, convexum, parce et valde disperse subtiliter punctatum; mesonotum, scutellum et postscutellum nitida aliquot tantum punctis dispersis notata. ♀ metathorace saturate cyaneo, haud opaco, vermiculato-rugoso, carinis minus expressis, pronoto, scutello, pro- et mesopleuris splendide virescenti-aeneis s. auratis, mesonoto et postscutello purpureo-aeneis, capite obscure aeneo, fronte purpureo s. igneo maculatâ, temporibus supra et partim vertice purpurascens, abdomine solum tergito basali fere toto, secundi basi et praesertim lateribus testaceis, reliquâ parte piceâ (semperne?), antennarum scapo in dimidio apicali saltem infra articulisque saltem 2^o—5^o testaceis, reliquâ parte supra magis, infra minus infuscatâ, pedibus testaceis, solum femoribus medio infuscatis ibique leviter metallescentibus, tegulis piceis vix aenescentibus; alis sat aequabiliter sed modice infumatis, nervis dilute fuscis, partim fulvescentibus. Statura minor. Variat ♀ vertice igneo-cupreo, antennarum flagello toto testaceo (*Cleptes insidiosus* Buyss. = aberr. α). — ♂ nondum notus. — Long. ♀ 4,5—5 mm.³²

Area geographica: *Rossia europaea austro-orientalis nec non Ciscaucasia, saltem occidentalis:* prov. Saratovensis distr. Tza-

³² Examinaui solum specimen originale (1 ♀) (Mus. Zool. Acad. Scient. Petrop.).

ritzyn: Sarepta (A. Becker! 1867); prov. Pontica: Novorossiisk (E. Ballion? teste Buysson).

Synonymon: *Cleptes insidiosa* Buyss. 1896 (= aberr. ♀ a).

11. **Cleptes obsoletus** Sem. * 1891 (♀).

38 (37). Abdomen tergito basali utroque in sexu distincte et copiose, tametsi in ♀ microscopice disperseque, 2^o confertim punctulatis. Vertex inter ocellos posticos plus minusve determinate transversim sulcatus. Pronotum fortius et copiose, etsi tenuiter laxaque punctatum. Metathorax in ♀ niger, ad maximum atro-cyaneus, opacus. Tibiae saltem 4 posteriores utroque in sexu plus minusve obscurati vel omnino obscuri; femora etiam in ♀ majore ex parte obscura, metallescentia. Antennae ♂ fortiores, crassiusculiae, articulo 2^o subinflato. Statura major (long. ♂♀ 6—7,5 mm., plerumque 7—7,5 mm.).

39 (40). Tergitum abdominale 3^{um} subuniformiter confertim punctulatum. Tibiae anticae, sicut tarsi, testaceae. Antennae ♂ articulo 3^o quarto 1,3 longiore. Caput sulco longitudinali faciei profunde insculpto. Pronotum regulariter fortiterque, mesonotum et scutellum parce ac subtilius punctata. ♂ capite thoraceque, femoribus, antennarum scapo cyaneis viridi relucens, abdomine duobus tergitis basalibus tertique basi rufo-testaceis, reliqua parte nigro-picea, 4^o et 5^o lateraliter plerumque nonnihil violaceo-aeneo relucens, pronoto, mesopleuris, scutello, postscutello cupreis s. virescenti-aeneis, in pronoto scutelloque subigneo variis, mesonoto violaceo, metathorace nigro vel atro-cyaneo, opaco, tibiis 4 posterioribus minus obscuris, rufescentibus, antennarum articulis 2^o et 3^o testaceis. Alae aequabiliter griseo-infumatae. Variat ♀ antennarum flagello toto nigro (specimen e Sebastopoli Tauriae = aberr. ♀ a). — Long. ♂♀ 7—7,5 mm.³³.

Area geographica: *paeninsula Taurica:* Artek (custos N. J. Kuznetzov! 31. V. 1903), Sebastopolis (Vl. Pliginskij! 3. VI. 1912); *Gallia, Sicilia, Helvetia, Hungaria septentrionalis, Graecia et Asia Minor* (Brussa) (testibus Buysson 1896, Mocsáry 1890, Destefani 1888).

Synonyma: *Cleptes ignita* (non Fabr.) Chevr. 1862 (♀); *Cleptes ignita* F. var. *chevrieri* Frey-Gessner 1887 (♀); *Cleptes chyzeri* Mocs. 1889 (♀); *Cleptes chevrieri* Buyss. 1897 (♂♀).

12. **Cleptes consimilis** Buyss. 1887 (♂) (♂♀).

³³ Materialia examinata: 2 specimina (1 ♂, 1 ♀ aberr. a) (c. m.).

- 40 (39). Tergitum abdominale 3^{um}, in ♂ etiam 5^{um} puncturâ manifeste duplici: minus confertim, versus marginem posticum interdum disperse punctulata, punctis majoribus copiose intermixtis. Tibiae anticae saltem in ♂ obscuratae. Antennae ♂ articulo 3^o quarto sesqui longiore. Caput sulco longitudinali faciei minus profunde insculpto, facie utrinque foveolâ longiusculâ plus minusve determinatâ notatâ. Pronotum laxè subtiliterque, mesonotum et scutellum disperse punctata.
- 41 (42). Abdomen elongato-ovatum, gracile, dorso minus convexo vel etiam subdepresso, tergitis duobus primis tertiique dimidio basali laete rufis, inde ab hujus tergiti dimidio postico abrupte nigris, colore nigro medio plus minusve angulatim antrorsum protenso. Vertex inter ocellos posticos determinate transversim sulcatus. Caput et thorax similiter atque in *Clepte consimili* Buyss. colorata, sed mesonoto et postscutello magis purpureo-auratis, metathorace nigro. Variat: ♀ tibiis anticis testaceis vix nisi obscuratis (aberr. ♀ α); ♂ tergito abdominali 3^o omnino nigro (aberr. ♂ β).— Long. ♂♀ 5,8—7,2 mm.³⁴

Area geographica: quantum constat, *Transcaucasia centralis*: prov. Tiflensis: Kodzhory (W. Raciborski! 5, 9, 11, 20. VIII. 1913).

Synonyma nulla.

13. **Cleptes caucasicus**, sp. n. (♂♀).

- 42 (41). Abdomen breviter lateque ovale, dorso convexo, tergitis duobus basalibus fulvo-brunneis, sequentibus inde a 3^o minus abrupte piceo-nigris, nam etiam margo posticus tergiti 2ⁱ obscuratus est (semperne?); tergitis 2^o et 3^o magis confertim punctatis. Vertex inter ocellos posticos obsolete transversim sulcatus s. sulciformiter impressus. Statura major, corporis forma brevior, robustior.— Fortasse solum subspecies *Cleptis caucasici* Sem.— ♀ nondum nota.— Long. ♂ 7 mm.³⁵

Area geographica: quantum constat, *Persiae prov. Astrabadensis*: Astrabad (custos A. Kiritschenko! 3. V. 1914).

Synonyma nulla.

Cleptes hyrcanus, sp. n. (♂).

³⁴ Materialia examinata: 5 specimina (3 ♂, 2 ♀) (c. m.).

³⁵ Materialia examinata: solum specimen (1 ♂) (c. m.).

Criticae de nonnullis speciebus annotationes.

1. *Cleptes nigrita* Garcia Mercet 1904 (♂). Quae species, ex Hispaniae prov. Cadix (Sierra Gallina) secundum unicum, ut videtur, specimen ♂ descripta, comparanda est imprimis cum *Clepte mocsarii* Sem. Doleo auctorem de sculpturâ verticis inter ocellos *Cleptis nigritae* tacuisse. Non incredibile est hanc formam nil nisi *Cleptis mocsarii* Sem. marem esse nondum notum.

2. Cl. R. du Buysson a. 1896 injuste declaravit, *Cleptem buyssoni* Sem. 1891 nil esse nisi marem *Cleptis putoni* Buyss. 1886. Differentia specifica inter has duas formas e tabulâ nostrâ diagnosticâ satis patet.

3. *Cleptes anceyi* Buyss. 1896, descriptus secundum sola specimina masculina ex Algeriâ, est species *Cleptis syriaci* Buyss. proxime affinis, a quo discedit praesertim corporis formâ validiusculâ, capite thoraceque splendide viridi-aureis multo laxius punctatis, interstitiis punctorum laevibus.

4. *Cleptes mayeti* Buyss. 1896, descriptus secundum specimen ♀ ex Algeria (Ponteba), est species *Cleptis afri* Luc. 1846 proxima, a quo differt praesertim staturâ minore (long. 5,5 mm.), corporis formâ angustiusculâ, gracili, pronoto valde remote punctato, punctorum interstitiis laevibus nitidisque, antennis ♀ fulvis, corpore toto pilis longis albis copiose obsito.

5. *Cleptes abeillei* Buyss. 1887 [= *Cleptes aerosus* (non Foerst.) Tourn. 1879, Frey-Gessner 1887 ♂, non ♀], Galliae et Helvetiae proprius, est species *Cleptis radoszkowskii* Rad. 1888 et *Cl. flammiferi* Sem. 1891 proxime affinis; a quibus vix nisi differt, sec. descriptionem cl. auctoris gallici, obscuro utroque in sexu colore tibiârum et praeterea: a *Cl. radoszkowskii* Rad. angulis postico-lateralibus metathoracis subdepressis apice sat longo, obtusiusculo, divaricato, nonnihil contorto, a *Cl. flammifero* Sem. facie in ♀ nigrâ vel cyaneâ, angulis postico-lateralibus metathoracis minus spiniformibus apice obtusiore; de sulculo transversali verticis inter ocellos posticos in *Clepte abeillei* comes du Buysson nullam fecit mentionem.

6. *Cleptes abeillei* Buyss. var. *soror* Mocs. 1892, descripta secundum solam ♀ e monte Parnasso Graeciae, a *Cl. abeillei* Buyss. distincta esse species nobis videtur, nam differt secundum concisam ejus diagnosem praesertim angulis postico-lateralibus metathoracis tenuibus acutisque, capite pronotoque angustioribus unacum mesonoto parcius, dispersius et subtilius punctatis, proet mesopleuris subtilius sculptis, tergitis abdominalibus subtilius punctatis. *Cleptes soror* (Mocs.) potius ad *Cl. flammiferum* Sem. 1891 accedere mihi videtur, quocum structurâ angulorum postico-lateralium metathoracis congruit.

7. Monographiam *Chrysididarum* cl. Mocsáryi (1889) secutus, a. 1891 in Revisione Hymenopterorum Musei Zoologici Academiae Scient. Petropolitanae sub nomine *Cleptis nitiduli* F. duas species confudi: specimina e districtu Jaroslaveni (1 ♂: 29. VI. 1891), e Sarepta (1 ♀: 1874), sicut et specimen e Kreuznach (1 ♂) l. c. sub nomine *Cleptis fallacis* Mocs. a me allatum referenda sunt ad *Cleptem nitidulum* F., reliqua autem tria specimina (e Petropoli, e districtu Dankov prov. Rjazaniensis nec non e Silesiá), l. c. sub nomine *Cleptis nitiduli* F. allata, referenda sunt ad *Cleptis pallipedis* Lep., Buyss. nationem rossicam Sem. 1921.

8. *Cleptis* specimen e monte Tshatyrdagh Tauriae, a me a. 1891 l. c. ad *Cleptem semiauratum* (L.) secundum A. Mocsáryi Monographiam relatus, est ♀ *Cleptis pallipedis* Lep., Buyss. nationis rossicae Sem. 1919.

9. *Cleptes femoralis* Mocs. 1890, e Brussa Asiae Minoris secundum solum, ut videtur, specimen ♂ descriptus, meram *Cleptis consimilis* Buyss. 1887 aberrationem repraesentare mihi videtur.

10. Sub nomine *Cleptis parnassici* Mocs. 1902 (e monte Parnasso Graeciae) duas inter se diversas species descriptas esse praesumo, nam sexus secundum descriptionem cl. Mocsáryi inter se nimis differunt: ♀ gaudet facie longitudinaliter tenue canaliculatâ, dum ♂ faciem praebet sine canaliculo; etiam structura angulorum postico-lateralium metathoracis in ♂ alia est atque in ♀. Atqui dimorphismum sexualem in structura horum corporis partium nulla praebet *Cleptis* species.

F o n t e s.

Aaron, S. Frank. 1885. The North American Chrysididae (Trans. Amer. Entom. Soc. Philadelph., XII), pp. 209—248.

Abeille de Perrin, Elz. 1879. Synopsis critique et synonymique des Chrysidides de France (Ann. de la Soc. Linn. de Lyon, XXVI), pp. 1—108.

Assmuss, Ed. Phil. 1862. Erste Fortsetzung zu meinen «Symbola ad Faunam Hymenopterorum Mosquensem». Enumeratio Hymenopterorum Chrysidiformium gubernii Mosquensis (Bull. Soc. Natur. Mosc., XXXV, II), pp. 264—270.

Aurivillius, Chr. 1911. Svensk insektfauna. 13. Hymenoptera. 2. Guldsteklar Tubulifera (Ent. Tidskr. Stockholm, XXXII, pp. 1—12).

Bingham, C. T. 1903. The Fauna of British India including Ceylon and Burma. Hymenoptera. Vol. II: Ants and Cucko-wasps, London, pp. 417—418.

Buysson, R. du. 1886. Description d'une espèce nouvelle de Chrysidides (Revue d'Entom. Fr., V), p. 151.

Idem. 1887. Chrysidides inédites (Revue d'Entom. Fr., VI), pp. 6—8.

Idem. 1887. Description de Chrysidides nouvelles (Revue d'Entom. Fr., VI, pp. 198—199).

Idem. 1888. Description de Chrysidides nouvelles (Suite) (Revue d'Ent. Fr., VII), p. 13.

Idem. 1893. Contribution aux Chrysidides du Globe (Revue d'Entom. Fr., XII), pp. 245—246.

Idem. 1895—1896. Catalogue méthodique des Chrysidides de France (Revue Scientifique du Bourbonnais et du Midi de France, 8-e & 9-e années).

Idem. 1896. Species des Hyménoptères d'Europe & d'Algérie, fondé par Ed. André et continué sous la direction scientifique de Ernest André, VI.

Idem. 1897. Etude sur les Chrysidides du Muséum de Paris (Ann. Soc. Entom. Fr., LXVI, 4), pp. 518, 545, 561, 563, 565, 566, 572, 574.

Idem. 1898. Contribution aux Chrysidides du Globe (3-e série) (Revue d'Entom. Fr., XVII), p. 125.

Idem. 1899. Catalogue des Insectes Hyménoptères de la famille des Chrysidides du Muséum de Paris (Bulletin du Mus. d'Hist. Natur., 1899, № 4), p. 159.

Idem. 1900. Contribution aux Chrysidides du Globe (4-e série). (Revue d'Entom. Fr., XIX), p. 125.

Idem. 1901. Sur quelques Chrysidides du Musée de Vienne (Ann. d. k. k. Naturhistor. Hofmus. Wien, XVI), p. 97.

Idem. 1904. Contribution aux Chrysidides du Globe (5-e série). (Revue d'Entom. Fr., XXIII) p. 253.

Idem. 1908. Révision des Chrysidides de l'Égypte (Mém. de la Soc. Entom. d'Égypte, 1-er vol., 1 fasc.), pp. 9—10.

Chevrier, Fr. 1862. Description des Chrysidides du bassin du Léman. Genève.

Csiki, E. 1901. Vide Mocsáry, A. 1901.

Dahlbom, A. G. 1831—1833. Exercitationes hymenopterologicae ad illustrandam faunam Suecicam, partes I—VI, Londini Gothorum.

Idem. 1845. Dispositio methodica specierum Hymenopterorum secundum familias Insectorum naturales. Particula secunda. Londini Gothorum.

Idem. 1854. Hymenoptera Europaea praecipue borealia etc. Tomus II: Chrysis in sensu Linnaeano. Berolini.

Dalla Torre, C. G. de. 1892. Catalogus Hymenopterorum hucusque descriptorum systematicus et synonymicus. Vol. VII: Chrysididae (Tubulifera). Lipsiae.

Destefani, T. 1888. Note sulle Crisididi di Sicilia (Il Naturalista Siciliano, VII).

Ducke, A. 1905. Supplemento alla revisione di Crisididi dello stado brasiliano del Parà (Bull. Soc. Ent. Ital., XXXVI, pp. 99—102).

Eversmann, E. 1857. Fauna Hymenopterologica Volgo-Uralensis. Fam. V. Chrysidarum (Bull. Soc. Nat. Mosc., XXX, II, pp. 544—567).

- Fletcher 1883 in Entom. M. Magaz., XX, p. 71.
- Förster, A. 1853. Beschreibungen neuer Arten aus d. Familie der Chrysiden (Verh. naturhistor. Ver. preuss. Rheinl., X, pp. 304—356).
- Frey-Gessner, E. 1887. Hymenoptera Helvetiae. Fam. Chrysididae (Mitheil. Schweiz. Ent. Gesellsch., VII, pp. 11—89).
- Gogorza, José. 1887. Crisídidos de los alrededores de Madrid (Anal. Soc. Españ. Hist. Natur., XVI, 1, pp. 17—88).
- Jaroshevskij, B. A. (Ярошевскій, В. А.). 1881. Списокъ перепончатокрылыхъ (Hymenoptera) Харьковской губерніи (Труды Общ. Испытат. Природы при Харьк. Унив., XV).
- Idem. 1888. Матеріалы для энтомологіи Харьковской губерніи. Перечень Chrysididae, водящихся въ Харьковской губерніи (Труды Общ. Испытат. Природы при Харьк. Унив., XXI).
- Kawall, J. H. 1865. Beiträge zur Kenntniss der Hymenopteren-Fauna Russlands. Hymenoptera Chrysidiformia (Bull. Soc. Natur. Mosc., XXXVIII, I), pp. 302—303.
- Lamprecht, H. 1881. Die Goldwespen Deutschlands (Beilage z. Osterprogr. d. Herz. Francisceums in Zerbst, pp. 1—26).
- Lepelletier de St. Fargeau, A. L. & Audinet Serville, J. G. 1825. Encyclopédie Méthodique, Entomologie, vol. X, Paris.
- Lucas, H. 1849. Exploration scientif. de l'Algérie. Zoologie, t. III. Paris, pp. 304—316.
- Marschall, T. A. 1875. Catalogue of British Hymenoptera: Chrysididae, Ichneumonidae, Braconidae and Evaniidae, London, pp. 1—5.
- Melgunov, P. P. (Мельгуновъ, П. П.). 1892. Hymenoptera. II. Aculeata. Сем. Chrysididae, in J. A. Dwigubskij, Primitiae Faunae Mosquensis. Изд. второе. Опытъ каталога Московской фауны. (Congrès Internat. de Zoologie à Moscou en août 1892), pp. 51—52.
- Mercet, Ricardo García. 1904. Especies nuevas de Crisídidos (Boletín Real Socied. Españ. Hist. Natur. 1904), pp. 84—85.
- Mocsáry, Alexander. 1882. Chrysididae faunae Hungaricae. Budapestini.
- Idem. 1889. Monographia Chrysididarum orbis terrarum universi. Budapestini.
- Idem. 1889. Catalogus Chrysididarum Europae et confinium (Termész. Füzet., XII, 2—3, pp. 57—71).
- Idem. 1892. Additamentum secundum ad Monographiam Chrysididarum orbis terrarum universi (Termész. Füzet., XV, 4, pp. 213—240).
- Idem. 1901 in Graf Eugen Zichy. Dritte Asiatische Forschungsreise, Bd. II: Zoologische Ergebnisse, Budapest—Leipzig, pp. XVII, 131, 158.
- Idem. 1902. Species aliquot Chrysididarum novae (Termész. Füzet., XXV, pp. 339—349).
- Idem. 1904. Observatio de *Clepte aurora* Smith (Annales Musei Nation. Hungar., II, pp. 567—569).
- Idem. 1912. Chrysididae in diversis insectis vitam agentes parasiticam (Annales Musei Nation. Hungar., X, pp. 269—276).
- Radoszkowski, O. 1866. Enumération des Chrysidides de Russie (Horae Soc. Ent. Ross., III), p. 298.
- Idem. (Радосшковскій, О.). 1877. Путешествіе въ Туркестанъ А. П. Федченко. Т. II. Зоогеографическія изслѣдованія. Часть V: Chrysidiformes, Mutillidae и Sphegidae, pp. 1—2.
- Idem. 1889. Révision des armures copulatrices des mâles de la tribu des Chrysidides (Horae Soc. Ent. Ross., XXX), pp. 6—7.
- Sahlberg, John. 1910. Lyhyt katsaus Suomen kultaampiaisün (Chrysididae) (Suonnon Ystävä, Helsingfors, XIV, pp. 94—99).
- Semenov, Andreas a. 1891. Revisio Hymenopterorum Musei Zoologici Academiae Caesariae Scientiarum Petropolitanae. I. Genus *Cleptes* Latr. (Bull. de l'Acad. Imp. des Sciences de St.-Petersb., N. S. II (XXXIV), pp. 497—504 = Mélanges biologiques, XIII, pp. 179—186).
- Tournier, H. 1879. Descriptions d'Hyménoptères nouveaux appartenant à la famille des Chrysidides (Ann. Soc. Entom. Belg., XXII), p. 87.

Index nominum synonymorumque.

Chrysis semiaurata Fabr. 1775 = *Cleptes semiauratus* (L. 1761).

Cleptes Latr. 1802, genus 303, 304

Cleptes abeillei Buyss. 1896. 323

Cleptes abeillei var. *soror* Mocs. 1892 = *Cleptes soror* (Mocs.) Sem. 1921.

Cleptes aerosus Foerst. 1853. 334

Cleptes aerosus (non Foerst.) Frey-Gessner 1887 ex parte = *Cleptes nitidulus* (Fabr. 1793).

Cleptes aerosus (non Foerst.) Tourn. 1879, Frey-Gessner 1887 ex parte = *Cleptes abeillei* Buyss. 1896.

Cleptes afra var. *medinai* Buyss. 1896 = *Cleptes afer* Luc. 1846 aberr.

Cleptes afer Luc. 1846 312

Cleptes anceyi Buyss. 1896. 323

Cleptes aurata (non Panz.) Dahlb. 1845 = *Cleptes dahlbomi* Sem. 1921.

Cleptes aurata Panz. 1806 = *Cleptes semiauratus* (L. 1761).

Cleptes buyssoni Sem. 1891. 308

Cleptes caucasicus Sem. 1921. 322

Cleptes chevrieri Frey-Gessner 1887 = *Cleptes consimilis* Buyss. 1887.

Cleptes chyzeri Mocs. 1889 = *Cleptes consimilis* Buyss. 1887.

Cleptes consimilis Buyss. 1887. 321

Cleptes dahlbomi Sem. 1921. 306

Cleptes diana Mocs. 1889 = *Cleptes semiauratus* (L. 1761).

Cleptes elegans Mocs. 1901 = *Cleptes semicyaneus* Tourn. 1879 aberr. ♀

Cleptes fallax Mocs. 1889, Sem. 1891 = *Cleptes nitidulus* (Fabr. 1793). ♂

Cleptes femoralis Mocs. 1890 = ? *Cleptes consimilis* Buyss. 1887 aberr. 324

Cleptes flammifer Sem. 1891. 314

Cleptes hyrcanus Sem. 1921. 322

Cleptes ignita (non Fabr.) Chevr. 1862 = *Cleptes consimilis* Buyss. 1887.

Cleptes ignitus (Fabr. 1787). 311

Cleptes ignitus var. *scutellaris* Mocs. 1889 = *Cleptes scutellaris* Mocs. 1890.

Cleptes insidiosa Buyss. 1896 = *Cleptes obsoletus* Sem. 1891.

Cleptes mayeti Buyss. 1896. 323

Cleptes mocsarii Sem. 1891. 306

Cleptes morawitzi Rad. 1877 305

Cleptes nigrita Mercet 1904. 323

Cleptes nitidula var. *nigricans* Buyss. 1901 = *Cleptes nitidulus* (Fabr. 1793) aberr.

Cleptes nitidulus (Fabr. 1793). 319

Cleptes nitidulus Sem. 1891 ex parte = *Cleptes pallipes* Lep. 1806, Buyss. 1896. . . . 324

Cleptes obsoletus Sem. 1891 321

Cleptes orientalis Dahlb. 1854. 307

Cleptes pallipes Lep. 1806, Buyss. 1896. 317

Cleptes pallipes Lep., Buyss. natio *rossica* Sem. 1921. 316

Cleptes parnassicus Mocs. 1902 = species contorta. 324

Cleptes perezi Gogorza 1887 = *Cleptes afer* Luc. 1846.

Cleptes putoni Buyss. 1886. 309

Cleptes radoszkowskii Rad. 1889. 313

Cleptes saussurei Mocs. 1889. 308

| | |
|---|-----|
| Cleptes scutellaris Mocs. (1889) 1890. | 311 |
| <i>Cleptes semiaurata</i> var. <i>nigriventris</i> Buyss. = <i>Cleptes semiauratus</i> (L. 1761) aberr. | |
| <i>Cleptes semiauratus</i> Jaroshevskij 1881 et 1888 ex parte = <i>Cleptes pallipes</i> Lep. 1806, Buyss. 1901. | |
| Cleptes semiauratus (L. 1761). | 316 |
| <i>Cleptes semiauratus</i> (non L.) Mocs. 1889 et auctor. complur. ex parte = <i>Cleptes pallipes</i> Lep. 1806, Buyss. 1896. | |
| Cleptes semicyaneus Tourn. 1879. | 320 |
| Cleptes soror (Mocs. 1892) Sem. 1921. | 323 |
| Cleptes syriacus Buyss. 1887. | 310 |
| <i>Cleptes thoracica</i> (Lep.) Guér. 1845 = <i>Cleptes nitidulus</i> (Fabr. 1793) ♀. | |
| Cleptidae Dahlb. 1854, familia. | 303 |
| Cleptidea Mocs. 1904, genus. | 303 |
| <i>Diplolepis chrysis</i> Fabr. 1804 = <i>Cleptes ignitus</i> (Fabr. 1787) ♂. | |
| Heterocoelia Dahlb. 1854, genus. | 303 |
| <i>Heterocoelia nigriventris</i> Dahlb. 1854 | 303 |
| <i>Ichneumon auratus</i> Panz. 1798 = <i>Cleptes semiauratus</i> (L. 1761). | |
| <i>Ichneumon chrysis</i> Fabr. 1787 = <i>Cleptes ignitus</i> (Fabr. 1787) ♂. | |
| <i>Ichneumon ignitus</i> Fabr. 1787 = <i>Cleptes ignitus</i> Fabr. 1787. | |
| <i>Ichneumon nitidulus</i> Fabr. 1793 = <i>Cleptes nitidulus</i> Fabr. 1793. | |
| <i>Ichneumon splendens</i> Fabr. 1798 = <i>Cleptes semiauratus</i> (L. 1761). | |
| <i>Sphex semiaurata</i> L. 1761 = <i>Cleptes semiauratus</i> (L. 1761) ♂. | |
| <i>Vespa rufescens</i> Fourcr. 1785 = <i>Cleptes semiauratus</i> (L. 1761) ♀. | |